## BRUYERES

Brugeria.

Prope Quincy sous le Mont, non longe a Braine. Dioc. Soissons, Dép. de l'Aisne.

Parthenon. Moniales Branenses eo tetenderunt post annum 1140. Dotatum est probabiliter ab Agnete de Baudement. Saeculo XIII est exstinctum, dein factum est beneficium simplex, quod primo a canonicis Branae administratum, saeculo XVIII autem seminario Suessionensi unitum est. Ante bellum an. 1914 ibi videbantur adhuc rudera monasterii, nunc est praedium, in quo nil in mentem illud revocat.

Archivalia: Arch. Dép. de l'Aisne Laon H 988, 1023, 1030 — Vide Braine.

Litteratura: HUGO I 415 — WAEFELGHEM 47 — CARLIER I 474/75.

## CHAMBREFONTAINE B. M. V.

Camera Fons, Camerofons, Camerifons, Cameratus Fons, Camerus Fons, de Chamero Fonte, B. M. V. Camere Fontis, Fons.

Com. de Cuisy, cant. Dammartin-en-Goële, Dép. Seine-et-Marne, Dioc. Meaux.

[23]) Electus est abbas Generalis anno 1533, quod munus exercuit per biennium tantum, nec obtinuit confirmationem, propter intrusionem commendatarii. Michael Coupson dein reversus est in Branam.



ELENCHUS

Abbatia, fundata in Bruyère ante annum 1190 ab Alelmo cantore ecclesiae cathedralis Meldensis, et Guidone comite de Cuisy[24]). Filia de Valsecret. Post annum 1243, transfertur in locum salubriorem ad pedem collis, nomine novo accepto. Hospitale in Dammartin traditur et committitur abbatiae anno 1263. Propter interitum archivorum pauca scimus de historia huius canoniae. Prioratus habuit in Congis[25]), Cuisy, Le Rouget et Rognon, ecclesias jure patronatus dependentes: La Haute Maison, Pierrelevée. In fine saeculi XVI, canonia, quae ab anno 1537 ingemiscebat sub commenda, bis exspoliata est. Reditus annui: 4000 Libr. Saeculo XVII pertinuit ad Circariam Prémontré, saeculo sequenti autem ad Circariam Normanniae. An. 1766 ibi fuerunt novem professi, quorum 4 tantum residentes. Anno 1790 suppressa est, aedes et ecclesia mox sunt deletae. Hodie est praedium, de monasterio nihil superest.

Archivalia: Arch. Dép. Seine-et-Marne, Melun 4 capsae et 2 fasc. (H 45/50). De prioratu Congis: G 386. Cf. ser. Q Ibidem delineatio abbatiae an. 1793: 75 F 7, anc. Coll. J. Rethore, cf. C 43 ibidem. — Arch. N. Paris: Inventarium bonorum 1771 (LL 1584, vol. 550) — Copia et analysis 58 fasciculorum archivi canoniae (1784) in Bibl. Semin. Maioris, Meaux — Cartularium saec. XVI (STEIN nr. 855) est proprietas privata, depositum hodiernum erui non potuimus. Copia apud Soc. Litt. Hist. de la Brie, Meaux (Cf. *BSLittH de la Brie* IX, 1922, p. xxij) — BMun Nancy 992 V 22/35.

Fontes et Litteratura: HUGO I 443, pr. 348/49 — WAEFELGHEM 54 — BEAUNIER/BESSE I 310 — BOUTARIC 5254 — BREQUIGNY V 626, VI 647, VII 659 — *Cat. Fact.* VII 164 — CHEVALIER 643 — COTTINEAU 681 — DARAS ANF 52 — DELISLE *Rouleaux* 409, 440, 492 — DHGE XII 340 — DOUET D'ARCQ, ISAN III 8182/83, 8611 — *Form. Pr.* nr. 80, 81, 105 — *Gall. Chr. N.* VIII 1728/31 — GOOVAERTS IV 29 — ISAD Seine-et-Marne, Sér. C nr. 385, G 9, H p. 12 n. 3, 816 — LAUER I 65 — LECESTRE 47 — *Léon X* 5244, 13 338 — *Lettr. com. Jean XXII* 57 678, 57 681 — LONGNON *DocChBr* III 497 — IDEM *Pouillés* IV 463 — MOLINIER 180 — PICOT 361 — *Repert. Numér. Seine-et-Marne, Sér. H* (Melun 1939) 59/61 — VALVEKENS, *Vis. Can. I* 31, 37, 39, 40, 47 — A. BECHERET, *Notice sur la commune du Plessis-l'Eveque,* in: *BSAr Seine-et-Marne* IV 1867, 349/50 — E. DELAFORGE, *Dignitaires des abbayes, chapitres et prieurés du diocèse de Meaux,* Meaux 1885,

---

[24]) Ob. Praem. I die 7a aprilis: „domni Petri Meldensis episcopi, fundatoris abbatie Camere Fontis". Necr. Arnsteinense (ed. BECKER) die 24a Jan. habet: „Galteri fundatoris abbatie de Camerofonte". Probabiliter ambo auxiliati sunt translationi canoniae a loco primitivo in Camerofontem. Petrus enim episcopus rexit annis 1223/55 (GAMS 576, HUGO l. c.).

[25]) Ibi fuerunt, anno 1202, 2 vel 3 canonici (DUPLESSIS 170).

pp. 84/85 — T. LHUILLIER, *Cuisy,* in: *Alm Seine-et-Marne* 1890, pp. 120/22, 138/41 — H. STEIN/J. HUBERT, *Dict. top. Seine-et-Marne,* Paris 1954, p. 88 — J. THOME, *Extrait des lettres adressées aux auteurs de la nouvelle Gaule chrétienne et à Dom Toussaint du Plessis,* Paris 1748, pp. 14/15 — D. TOUSSAINT DU PLESSIS, *Histoire de l'église de Meaux,* Paris 1731, I 168/71, 574/77, Obituarium II 459/63 — *Don de l'Hotel-Dieu de Dammartin-en-Goële à l'abbaye de Ch. en 1263 (La Revue de Goële* VI, 1880, 94/95).

### Series abbatum (TOUSSAINT DU PLESSIS, emendata sec. THOME)

R... 1202/14
Joannes 1230
Walterus de Mauregard 1232
Milo de Cuisy 1232/38
Arnoldus 1239
Richardus 1239—78 res.
Gulielmus 1279
Laurentius 1284/91
Joannes 1291—1321
Joannes de Iverny 1329, † 1335
Simon de Iverny 1336, † 1347
Joannes de Compans † 1355
Simon † 1374
Joannes 1378
Oudardus † 1400
Joannes Couroye 1403/04
Joannes du Clerc 1419
Joannes Chevance 1438/58
Petrus Aubert 1458—87
Renatus de Fontenay coadj. 1485
abbas 1487—1501
Gulielmus Alis 1502—15
Amatus de La Fontaine
1515—24[26])
postea abb. in Clairefontaine et in St. Martin de Laon
Aegidius le Tavernier 1524—36
Adrianus Lamet 1537—53
Gasparus de Vernay de la Garte
1553—65
Ascanius du Mas 1565—98
Innocentius Moyreau 1599—1609 res.
Franciscus de Villiers 1609—20
Petrus Bougier 1621—32
N. de Montbelin 1632—52
Franciscus Molé 1652—1712
simul abbas Sti. Pauli Virdun.
Henricus Ignatius de Brancas
1712—60
Ludovicus Andreas de Grimaldi
1760—80
postea abb. Sti. Joannis Ambian.
Phil. Franc d'Albignac de Castelnau
1780—90

---

[26]) VALVEKENS *Vis. Can.* I 31.

## CHAPELLE-AUX-PLANCHES B. M. V.

Capella ad Plancas, Capella B. M. V. ad asseres, -ad Planchas, Sta. Maria de Capella, monasterium Capellanum, La Chapelle as Planches, Chapele au Plainches, -aus Planches, Lachapelle-aux-Planches.

In solitudine, ubi confluunt fluenta Voire et Oroge, com. Puellemontier, cant. Montier-en-Der, Dép. Haute Marne, Dioc. Troyes, nunc Langres.

Fuerunt duae aliae abbatiae in Ordine, nomine „Capella", cum quibus saepe occurrit confusio, praesertim quoad necrologia: Spieskappel in Circaria Ilfeldiae. et La Capelle in Circ. Gasconiae, de quibus vide suo loco.

Abbatia, fundata, ut fertur, a Simone de Beaufort et Emelina uxore, tamquam curia canoniae Belliloci[27]), ante annum 1137. Anno 1145 circiter fit abbatia. Initio monasterium duplex, sed anno 1199 „stipulatur, ut pro bono pacis omnes sorores Capellae sint receptae in domibus Cluniacensium"[28]). Etsi canonia primitus bene fuerit dotata, vicinitas potentis abbatiae Montier-en-Der O. S. B. aliquomodo prosperitatem eius inhibuit. Confirmatio pontificia anno 1147. Ecclesiae incorporatae: Chasséricourt cum dependentiis Ormont et Versol, Arrembécourt. Circa annum 1530 fit commenda, Urbanus VIII concedit usum pontificalium. A saeculo XVII pertinet ad Circariam Campaniae. Anno 1728, mensa abbatialis valebat 2610, conventualis autem 3000 Libras. Status personalis: 1501 et 1700: 6 religiosi, 1766: 7 residentes, 2 extra. Anno 1790 suppressum. Anno 1867 monasterium adhuc exstabat, sed in statu lamentabili[29]), dein omnia sunt eversa, hodie ne lapis quidem superest. Curias possedit in St. Ouen et in Chamoye.

Archivalia: Arch. Dép. de la Haute Marne, Chaumont: Cartularium XIII/XIV saec., 4 reg. 19 „plans", 9 fasciculi continentes 361 chartas et diplomata, et copias ex annis 112—1789. Cf. Sér. Q — Arch. Dép. de l'Aube, Sér. G 540 — Paris BN Coll. Duchesne XX 378, 388 (extr. cartularii) — Ibidem Coll. Moreau t. 50 p. 255, t. 59 pp. 93, 205, t. 60 p. 13, t. 62 p. 203, t. 63 p. 24, t. 66 pp. 26/34, 92, 93, 193, t. 67 pp. 37, 217, t. 68 pp. 55, 166, 167, 185, 197, t. 69 p. 130, t. 70 p. 246, t. 78 p. 206, t. 79 p. 168, t. 82 p. 83, t. 86 p. 1, t. 87 pp. 168,

---

27) „Domus quedam abbatie Belliloci, que Kapella dicitur . . . fratres ibi laborantes" (LALORE 1). Datum fundationis, quod praebet ROUSSEL (1120), possibile est, sed incertum.

28) LALORE IV 39/41, cf. p. 18 et 36.

29) Cf. descriptionem apud DIDIER l. c. — Quod habet COTTINEAU l. c. de residuis canoniae hodiedum subsistentibus („église, portail et nef romanes, choeur du XVe siècle, beaux vitraux du XVIe") est aperta confusio cum vicino Puellemontier, ubi tamen nunc stat altare maius ex ecclesia abbatiali Capellae.

193, t. 91 pp. 86, 189, t. 95 pp. 181, 182, t. 107 p. 23, t. 108 p. 218, t. 109 p. 32, t. 127 p.33, t. 147 p. 59, t. 148 p. 23, t. 158 pp. 135, 191, t. 161 p. 86, t. 165 p. 159, t. 166 p. 72, t. 167 pp. 156, 212, t. 178 p. 219, t. 180 p. 92, t. 182 pp. 91, 248, t. 187 p. 93, t. 188 p. 60, t. 194 p. 65, t. 197 p. 176, t. 199 p. 60, t. 200 pp. 175, 208, t. 209 p. 28, t. 211 p. 80, t. 212 p. 51, t. 213 p. 37, t. 214 pp. 80, 216, t. 215 p. 154, t. 220 p. 221, t. 222 p. 88, t. 230 pp. 8, 31, 201, t. 233 p. 205, t. 234 p. 193, t. 235 pp. 173, 243, t. 237 p. 181, t. 239 p. 142, t. 248 p. 220 — BMun. Laon MS 538 I 216/18 — BMun Nancy 992 V 66/75.

Fontes et Litteratura: HUGO I 455, prob. 355/58 — WAEFELGHEM 55 — ARBOIS DE JUBAINVILLE, *Pouillé* 279 — BEAUNIER BESSE VI 145 — BREQUIGNY *Tab. Chr.* III 123, 204, 260, 261, IV 37, 59 — CAMUZAT *Auct.* 34/35 — CHEVALIER 655 — COTTINEAU 697 — DARAS ANF 52/53 — DESGUERROIS f. 286b — DHGE XII 409 — *Form. Pr.* nr, 83, 84 — *Gall. Chr. vet.* IV 214/15, *Nov.* XII 621/24 — GOOVAERTS IV 29 — JAFFE 9048, 12 476 — LALORE IV 1/87, XIII/XX — LECESTRE 45 — LONGNON *DocChBr* II 550 — IDEM *Pouillés* IV 287, 315 — MIGNE t. 180, c. 1214 — MOLINIER nr. 446 — PREVOST RBC 169 — RAMACKERS *Urk. Nancy* 131 — ROSEROT 43 — STEIN nr. 1791 — C. DIDIER, *Notice historique sur les deux monastères . . . de Puellemontier*, Troyes 1867, pp. 29/58 — DUCHESNE, *Histoire de la maison de Broyes-Chateauvillain*, pr. 19, 21, 22 — E. JOLIBOIS, *La Haute Marne ancienne et moderne. Dictionnaire géographique et historique*. Chaumont 1858. p. 283 — J. RAMACKERS, *Zwei Urkunden des Kardinallegats Petrus von St. Maria in Via Lata für französische Prämonstratenserstifte (Anal. Praem.* IX, 1933, pp. 291/92) — A. ROSEROT, *Dict. top. Haute Marne* (Paris 1903) p. 36 — A. ROUSSEL, *Le Diocèse de Langres, histoire et statistique*. 4 voll, Langres 1873/79, I 348, II 547/48 — *Documentation historique du Bulletin paroissial de Puellemontier* s. d. I *Chartes (analyse et réferences)*, II *Puellemontier*.

Series abbatum (nisi aliter notetur, sec. ROUSSEL Emendata sec. Arch. Dép. Haute-Marne)

Walterus 1145/49
Raynaldus 1160/78
Obertus 1182/87
Joannes 1188—
Richerus 1192
Odo 1196
Noe 1197
Bertrandus 1202/05
Gulielmus 1212/20
Nothus 1225/30[30])

[30]) Insolitum omnino est hoc nomen in Gallia. Atqui in alia „Capella", scilicet Spieskappel in Germania (vide supra I 135) fuerunt abbates unus vel duo huius nominis, ergo vitetur confusio, quae forte iam accidit compositori seriei nostrae.

Isembardus 1232
Heribertus 1242/47
Fulco 1257
Gulielmus 1298/99
Joannes Danisy 1330/36
Stephanus de Verdimel 1366[31])
Joannes ca. 1380
Joannes de Septfons 1391[32])
Nicolaus ca. 1440
Gulielmus ca. 1460
Stephanus 1472
Hugo de St. Sire 1481/99
Stephanus Remy 1501, † 1518
Joannes Vauthier 1519—28 res.
Joannes Le Sellier de Moireul ca. 1530—45
Ludovicus Douvet 1546
Jacobus Duplessis de Richelieu ca. 1580
Jacobus Genouillac ca. 1590
Franciscus Barberini 1593[33])
Claudius Lhoste ca. 1600 res.
Nicolaus Lhoste 1618/28 primus infulatus
Jacobus Lescot 1638 / ca. 1660, res.
Franc. Guichard de Beureville 1662/68[34])
Joannes Guichard du Vouldry 1680
N. de Brèvedent 1680/91
Henricus Guichard de Beureville 1691—99
Ludov. Antonius de Boursault de Viartais 1699—1734
Claud. Henr. Fusée de Voisenon 1734—42 res.
Joannes Noel Lerouge 1742—53
Antonius G. Gouault 1753—81
N. de Rouault 1781—89
Jacobus Junot 1789—90

Inseri nequeunt sequentes (sec. ROUSSEL) ex quibus tamen probabilius unus alterve pertinet ad aliam quandam „Capellam“:

Nigellus (Necr. Tongerloo 1. VIII)
Bernardus
Arnoldus
Richardus
Godefridus
Veremundus
Dodo
Philippus d'Epernay
Balduinus
Joannes d'Ulchery
Balduinus de Lentilles
Walterus Ob Praem I 25. III (13 . .)
Warinus ibid. 4. XI (11 . .)

---

31) LONGNON *DocChBr* II 550.
32) ISAD Aube Sér. G II 37. Forte est idem ac praecedens.
33) Arch. Dép. Aube, Rég. Insinuations Eveché Troyes G 88 f. 53 v.
34) Ibidem G 101, 228 v, G 102 119 v. ROUSSEL habet alium JacobumLescot pro anno 1670, quod videtur nobis valde dubium.

# CHARTREUVE B. M. V.

Cartho-, Carto-, Karto-, Chartovorum, -verum, -vra, Chartuevre, -ueuve, -euvre, -evre, -treve, -treuves, -truve, Chartreuve-en-Tardenois.

2 leucis distans a Fismes, prope Braine versus orientem. Dép. de l'Aisne, Dioc. Soissons. — Hodie vocatur Chéry-Chartreuve.

Abbatia fundata secundum Hugo anno 1130 ab Odone de Bailleul, domino de Chéry, secundum Pellot autem versus 1126 ab Hugone le Blanc, domino de Chéry. Filia Praemonstrati, sed mox est subdita paternitati abbatis de Beaulieu. Moniales sunt translatae in curiam vicinam, de qua vide sub sequenti. Anno 1133 fit abbatia, advocati fuerunt comites de Braine. Ecclesiam incorporatam habuit unam: Chéry. Habuit justitiam integram in dominio suo. Anno 1530 fit commenda, sub qua multa est passa, movit processus contra abbatem Guérin an. 1545 et contra ultimum abbatem Lefevre, propter dissipationem et partitionem iniustam bonorum. An. 1650 incendio est deleta; quo tempore iam pertinuit ad Circariam de Prémontré. Reditus mensae abbatialis 6000, conventualis 7000 Librarum. Anno 1766 ibi fuerunt 8 professi, quorum unus tantum erat ad extra, et unus novitius; anno autem 1790, in actu suppressionis 6 religiosi. Usque ad bellum 1914/18 monasterium substitit, perstantibus duabus alis conventus, quarum una constructa fuerat saec. XIV, altera autem post annum 1750. Hodiedum ibi videntur tantum modica residua ecclesiae. Perpulchra imago lapidea B. M. V., saeculi XIII, in ruinis anno 1952 inventa, nunc colitur in prioratu Etiolles prope Paris. Altare maius venit in ecclesiam parochialem de Chéry.

Archivalia: Arch. Dép. de l'Aisne, Laon: B 3683, 3771, E Suppl. t. V p. 141/42, H 1034/35 (2 fasc., 132 doc. 1631/88) — Ibidem Coll. Piette fasc. 175 — Cf. Sér. Q — Arch. N. Paris: Delineatio silvarum canoniae (p. 687 catalogi), Coll. Clerambault 561, pp. 441/42 — BN Paris Coll. Fleury v. BOUCHOT nr. 2460, coll. Moreau t. 88 p. 33, t. 92 p. 161, t. 93 p. 125, t. 94 p. 21, t. 118 p. 208, t. 125 p. 199, t. 134 p. 102, t. 186 p. 65, t. 188 p. 53, t. 218 p. 49, t. 223 p. 234 — BMun Nancy 992 V 156/60 — BMun Reims MS 349 — BMun Soissons, Coll. Périn I 942, II 4550.

Fontes et Litteratura: HUGO I 475, pr. 377/78 — WAEFELGHEM 56 — CARLIER I 480/82 — *CatMSSBDép* XXXVIII cf. ind. — CHEVALIER 666 — COTTINEAU 718 — DARAS ANF 53 — DHGE XII 575 — *Dict. Top. Aisne* 59 — *Ep. Gerv.* Cod. Rawlinson (v. supra II 8) 72 — *Form. Pr.* nr. 65 — *Gall. Chr. vet.* IV 224, *N* IX 483/85 — GOUSSET II 328 — *Inv. Soc. Arch. Soiss.* nr. 125 — ISAD Aisne H III 154/55 — LAUER II 240 — LECESTRE 47 — LELONG 245 — *Lettr. com. Jean XXII* cf. ind. — LONGNON *DocChBr* II

258, III 501 — IDEM, *Pouillés* VI 58, 85, 131, 132, 710 — MARLOT I 229, 230, 643, 647 — MELLEVILLE I 213 — PECHEUR II 328/32, V 66/67, VII 481 — PERIN I 83, II 64/65, III 118 — PICOT 418 — SAINCIR I 205 — VALVEKENS *Chap. Gen. Despr.* cf. ind. — CHATEAU (v. Braine) — LARANGOT. *Histoire de Montlevon, (AnnSHAr Chateau Thierry,* 1888, pp. 136/37) — P. POLLET, *Inventaire sommaire des chartes de l'abbaye de Chartreuve (Rev. Champ. Brie,* 2e sér. VI, 1894, pp. 301/46, t. à p. Arcis s. A. 1894) — S. PRIOUX, *Rép. Arch. Arr. Soissons* (vide apud Braine) pp. 25/26 — IDEM, *Histoire de Braine et de ses environs* (v. ibidem) 242/46 — *BSAr Soissons* XII 23.

Series abbatum (nisi aliter notetur, sec. POLLET)

Odo de Bailleul 1133
Girelmus 1134/69
Robertus ca. 1179
Gulielmus Hennepaix 1178/85
antea abb. de Bucilly et de Cuissy
Petrus 1192
Gulielmus 1192
Balduinus —1201
postea abb. Praemonstr.
Ludovicus 1213/18[35])
Eustachius 1239/44[36])
Robertus des Cosses 1265
G.. 1274
Manasserius 1300
Bernardus 1315
Joannes Chaudray 1338
Antonius Soreit post 1327[37])
Bertrandus de Cuiry 1409
Joannes 1426
Thomas Lefebvre 1445
Alanus 1449
Simon Aubert 1465
Radulphus de Lannois 1516/17
Antonius Parent 1517—30
Guilelmus Le Petit 1531—
Nicolaus Guérin 1545
Joannes Panier †1578
Henricus Nidet †1582
Theodoricus Moet 1582—1608 res.
Franciscus Brulard[38])
Franciscus Le Picard 1601—post 1623
Simon Legras post 1623—1656
Carolus de Bourlon 1656—77
Claudius de Bourlon O.S.A. 1677—90
Renatus de Mornay de Villetertre 1690—1708
Julius de Clarembault de Palluau 1708—14
simul abbas Loci Dei in Jardo

---

35) LARANGOT 136.

36) ISAD Aisne H 1045: Forte est idem ac Eustachius de Lens (cf. Valchrétien).

37) Ob. Praem. I 30. VIII. Obiit post Aquilinum, abbatem Planae Silvae, qui occurrit an. 1327 (vide infra apud hanc abbatiam).

38) Quem abbatem adducunt HUGO et Gallia pro annis 1588—1601, sed in serie magis accurata sec. POLLET, non est ei locus. Probabiliter est idem ac abbas de Genlis (v. infra).

Nicolaus Hubert de Mongault 1714—46
Ludovicus Vinc. de Montal 1746—54
Henricus Catharinus Lefèvre 1754—90

Inseri nequeunt:

saeculo XIII
Aegidius 19. III necr. Braine
Gerardus 10. X ibid (= G... 1274?)
Hugo 12. V. ibidem
Joannes 21. III vel 5. IV Ob. Praem. I
saeculo XIV:
Theobaldus 3. XI Ob. Praem. I
Theobaldus 1. V necr. Braine
Jacobus 27. XII Ob. Praem. I res.
Hugo Can. Branensis
Theodoricus
Gervasius

## CHARTREUVE

Carthovorum Monialium, La Ferme des Dames, Les Dames sous Chéry.

Parthenon canoniae praecedentis, in monte supra illam situs, ad unius circiter quadrantis distantiam. Anno 1197 moniales ultima vice occurrunt. Saeculo XIII exstinguitur asceterium, cuius pulchra capella romanica, longitudine 70 pedum, hodie est horreum.

Litteraturam vide apud canoniam virorum, delineationem vero capellae, ut erat anno 1878, in Coll. Piette fasc. 175 (Arch. Dép. de l'Aisne).

## CHEBRET

Chabrel, Chebrel.

Non longe a Cuissy, de quo infra.

Lucas abbas Cuissiacensis anno 1139 emit a cognato suo Gervasio de Roucy silvam „quae dicitur Chabrel, et terram circumiacentem". Anno 1179 ibi fuit curia. Tempore Gervasii abbatis Praemonstratensis (ca. 1210/20) videtur fuisse ibi parthenon, quod innotescit ex epistola illius nr. 66 in Codice Rawlinson, nuper detecti. Quae domus, ab abbatia Cuissiacensi absque dubio dependens, aut simul extitit cum asceterio Rouez, de quo infra, aut sorores inde translatae sunt in „Chebrel", ubi saeculo XIII sunt exstinctae. Postea ibi iterum fuit curia. Nunc est locus desertus, qui vocatur „Chebret".

*Ep. Gervasii, Cod. Rawlinson* nr. 66 (v. supra p. 8) — HUGO I prob. lxiv, lxix.

## CUISSY B. M. V.

Cuissi, -ssey, -yssy, -izy, -izys, Cuissiacum, Quissiacum, Cussiacum, Cosseium, Cuissi-en-Loonois.

Amoene situm supra flumen Aisne, com. de Gény, prope Craonne versus meridio-occidentem. Dép. de l'Aisne, Dioc. Laon, nunc Soissons.

Abbatia praeclara, ultima ex quatuor proto-abbatiis Ordinis. Fundata est anno 1117 a Waltero de Jumigny tamquam collegium eremitarum[39]), juxta capellam B. M. V. iam existentem, quod una cum superiore suo Luca de Roucy (quondam decano ecclesiae cathedralis Laudunensis) anno 1122 transiit ad Ordinem Praemonstratensem. Filia Praemonstrati, mater canoniarum Lieu-Restauré et Genlis. Irmengardis de Roucy, vidua domini de Jumigny, et probabiliter soror abbatis Lucae, adiunxit parthenonem, ubi ipsa est ingressa cum 40 puellis. Mox sorores translatae sunt in Gérigny, dein in Rouez, sed invenimus saec. XIII etiam sorores in Chebret[40]). Gérigny, et Gland primitus destinatae fuerant ad fundationem abbatiarum, quae vero non successit[41]). Cuissy possedit refugium Lauduni et ecclesias incorporatas sequentes: Eveilly, Sons et Hauteville, Rilly, Le Gras-Dizy, La Ville-aux-Bois, Gény, Yvier, Pargnan, Neuveville, Givron, Maimbressy, Montmeillant, Remancourt, St. Fergeux, St. Jean-aux-Bois. Abbates, quorum pauci tantum fuerunt commendatarii, infulati sunt anno 1462. Saec. XVII primo adscripta est Circariae Prémontré, anno vero 1642, quo novae construuntur aedes claustrales, se adiunxit Congregationi Antiqui Rigoris, in qua ab anno 1689 addicitur Circariae Franciae. Annis 1735/46 erigitur pulchra nova ecclesia, quae secundum delineationes anni 1793 fuit satis insolita: quatuor turribus et pluribus absidiolis lateralibus ornata[42]). Reditus annui: 22315 Librarum. 1768: 21 religiosi, 1790: 17 canonici et 3 conversi. Post suppressionem anni 1790 conventus cum suo abbate, qui electionem suam in episcopum constitutionalem recusavit, clam per aliquot annos vitam communem servavit in vico remoto Trucy, ubi paulatim pie obdormierunt omnes. Monasterium anno 1796 fit fabrica alauni, et anno 1800 manufactura sacchari. Dein maior pars aedium raditur, et Cuissiacum exinde est praedium. Supersunt rudera dormitorii (saec. XV) et aliarum quarundam aedium, pulchra porta saec. XVIII et porta principalis, pars inferior unius ex turribus, quae omnia sunt cincta longo muro altissimo.

Archivalia: Arch. Dép. de l'Aisne, Laon: E 33, 403, 520, 523, Suppl. VI 60, G 2, 408, H 588, 860/70 (11 fasc. cum 434 docum. an. 1222/1788) Cf. Sér. Q — Ibidem Coll. Piette nr. 240 — Arch. N. Paris L 993, col. 416 — BN Paris coll. Moreau t. 198, p. 138 — BMun Soissons, Coll. Périn II 4739, 4742/76, 6099

---

39) De eremiis, ex quibus in Gallia septentrionali et in Wallonia saepius excreverunt canoniae, vide Ch. DEREINE *ChReg Liège*. p. 21.

40) De quibus asceteriis vide suo loco.

41) Bona in Gland, donata anno 1152 a Nicolo de Rumigny, iam decennio post, fundatione non peracta, cessa sunt abbatiae de Bucilly.

42) Arch. Dép. de l'Aisne, Coll. Piette nr. 240.

— ACG Laon fol. 664/65, 692 — BN Paris Coll. Fleury v. BOUCHOT nr. 1082 — BMun Nancy, MS 992 VI 81/171; 995/III 15 sq (Obituarium) — L'ELEU I 286 — Supersunt pulchra MSS, praesertim liturgica, in BMun Laon. — Arch. Dép. Calvados H 30.

Fontes et Litteratura: LEPAIGE II 461/62 — HUGO I 103, pr. 61/89 — WAEFELGHEM 155 — *Cat. Chart. Coll. Her. Fr.* (Picardie) nr. 442 — *Cat. Fact.* I 564, IV 9b, 510 — *CatMSSBDép* I 96 — CHEVALIER 845 — COMBIER 8 — COTTINEAU 930, cf. 747, 1288, 1710, 1966, 2061, 2672, 2738, 3060 — DARAS ANF 56 — DELISLE *CaPhilAug* confer indicem — DHGE XIII — *Epistolae Gervasii,* Cod. Rawlinson 103 — FLEURY IV 81 — FLORIVAL 284/86 — *Formularium Praemonstratense* nr. 5, 6, 8, 9, 118, 280 — *Gall. Chr. vet.* IV 322, *N* IX 668/81 — GOOVAERTS II 101, 394, IV 35, 170, 277, 341, 351 — GOTTLIEB 104 — GRENIER 455 — D'HENNEZEL D'ORMOIS (v. apud Prémontré) pp. 83/85 — *Inv. Soc. Arch. Soiss.* nr. 85 — ISAD Aisne H III 125/27, Ardennes IV 175 — JAFFE 8806, 12 259, 12 617, 13 360, 16 925 — LAUER II 464 — LECESTRE 48 — LELONG 236 — LONGNON *DocChBr* III 223 — IDEM, *Pouillés* VI cf. ind. — MATTON *Dict. Top. Aisne* 90 — MELLEVILLE I 331, 2a ed. I 38 — MIGNE PL t. 156, c. 1001; t. 180 c. 1074; t. 200 c. 932; t. 214 c. 934 — ObPraem. I cf. ind., II 1, 7, 8, 9. I; 5. VI; 4, 21, 25, 30. XII — OLIM II 54 nr. 3 — *Ord. Rois de Fr.* XI 275 — PERIN I 100, II 82/83, III 137 — PICOT 348 — RAMACKERS PUF IV 180, 206, 266, 342 — IDEM *Urk. Nancy* 131 — *Reg. Ben. XII* 8693 — SARS V 595/98 — VALVEKENS *Chap. Gen. Despr.* cf. ind.

Series abbatum (Gallia Chr., emendata ex Arch. Dép. Laon)

Lucas 1122—55

Guido 1155—59

Gerardus de St. Quentin 1160 res.

Hugo de Douai 1161—65 res.
postea abb. Praemonstr.

Elbertus de Ribemont 1167/68

Gulielmus Hennepaix 1170/74
postea abb. in Bucilly
et in Chartreuve

Josselinus 1177/78 res.

Hugo de Artois 1179/83 res.

Guido de Epernay 1184/89
antea abb. in Septfontaines Th.
postea in Laon St. M.

Hugo 1190/92[43])
postea abb. Sti. Martini Laud.

Gulielmus de St. Omer 1195/1203
postea abb. in Vermand
et in Prémontré

Ludovicus 1206—09 res.

Petrus de St. Medard 1210/17
antea abb. Praemonstr.

Petrus de Orchies 1218—27
antea abb. in Valsecret

Goswinus 1229
antea abb. in Lieurestauré

Lambertus 1232/35
item, postea abb. in Thenailles

Conradus † 1241
antea praep. in Weissenau,
et abb. Praemonstrat.

[43]) Arch. Dép. de l'Aisne H 121. Vide infra apud Laon.

Petrus de Montmirail 1242, † 1244
Joannes de Cergiis 1245/47
Gerardus de Rozoy ca. 1250/60
Balduinus ca. 1263
Robertus de Coucy 1265/66
Walterus de Brienne 1276
Walterus de Louvain 1286, † 1288
Petrus de Dizy † 1288
Gulielmus de Louvignies —1288
antea abb. Clairefontaine,
dein Praemonstratensis
Petrus de Séry 1290, † 1311
Simon 1311[44])
Joannes 1315
Radulphus de Vergiis 1317/30
Adam de Chatillon ante an. 1342[45])
Joannes 1342/47
Simon de Hary 1347—
antea abb. in Justemont,
Braine et Chaumont
Joannes 1380/82
Stephanus Cosset dep. 1399
Philippus de Voussiennes 1399/1408
Radulphus Lemercier 1426—32
Nicolaus d'Achies 1432—
Joannes Bouilly ca. 1438
Petrus Rodier —1443
antea abb. in Doue,
postea Praemonstr.
Nicolaus de Herbonville 1451, † 1477
Tugdualdus de Vennes 1479, † 1505
ab an. 1500 simul abb.
Sti. Pauli Virdun.
Joannes de Bachimont 1505—12
dein abb. Praemonstr.,
antea Braine
Joannes Evrard 1512—19
antea abb. Praemonstrat.
Guichard 1519—24
Balduinus Hardy 1524
electus non confirmatus
Amatus de la Fontaine 1524—30
antea abb. Chambrefontaine,
postea Sti. Martini Laudun.
Jean Brutel 1530—34
antea abb. Joyenval
Gervasius Wain 1535/43
Card. Ludovicus de Bourbon 1548/54
Joannes de Vendôme 1559, † 1571
Franciscus Castelnau de la Mauvissière 1573—1610 res.
Annas Michael Castelnau de la Mauvissiere 1610—43

---

44) LAUER II 199.

45) In *Form. Pr.* 38, Adam de Chatillon dicitur esse abbas Cuissiacensis, forte annis 1311/17; occurrit etiam in necrologio loci die 22. VI. Adam de Castellione, canonicus eiusdem canoniae, an. 1342 transit ad abbatiam Lucensem (vide vol. I p. 297), et providetur parochiali ecclesiae de Tasovice *(Monumenta Vaticana res gestas Bohemicas illustrantia, I Acta Clementis VI 1342/52*, ed. L. KLICMAN, Pragae 1903, Nr. 85, ad annum 1342). Non est certum, an agatur de una eademque persona, sed est possibile.

Petrus Desbans 1643—49
antea abb. in Pont-a-Mousson
Dionysius l'Evesque 1649
Isidorus Amour 1649—73
Gabriel de Mouy de Riberpré 1676—1704
Joseph Dionys 1704—33
Charles Martin 1733—64
Claudius Flamain 1764—90

Inseri nequeunt ex necr. loci
Simon Lemercier † 10. IV (1311?)
Stephanus † 16. V
Petrus de Chauny per 5 annos

## DILO Assumptio B. M. V., SS. Petri et Pauli

Deilocus, Dillot, Dillo, Dylo, Dilot.

5 leucis distat a Sens, 2 a Briénon. Arrond. de Joigny, cant. de Cérisiers. — Dép. Yonne, Dioc. Sens.

Abbatia. Fundata versus annum 1132 tamquam prioratus a Ludovico VI rege Galliae, et Henrico Sanglier, archiepiscopo Senonensi. Anno 1135 fit abbatia, filia de Valsecret. Filias genuit: Neuffontaines, Sens St. Paul. Initio monasterium duplex, sorores dein translatae sunt in Fossemore, ubi canonia habuit hospitale. Confirmationes pontificiae annis 1147 et 1154. Ecclesia, anno 1168 consecrata a Sto. Thoma Becket, anno 1282 corruit, dein nova ei est substituta, quae usque ad annum 1843 extitit. Grangiae: Thury, Maurepas, Villepied. Ecclesiae incorporatae: Bussy-en-Othe, Paroy-en-Othe. Prioratum habuit in St. Florentin, valentem 18 Libras, qui vero anno circiter 1350 destructus est. Anno 1525 fit commenda, saeculo XVI permultas est passa aerumnas, anno 1601 fuit in ruinis. Status personalis: 1577: 5 can., 2 nov. — 1601: 2 can., 2 nov. — 1696: 7, 1766: 6 religiosi, quorum 2 tantum residebant. A saeculo XVII pertinuit ad Circariam Campaniae. Reditus annui: 1740: 7544, 1787: 11185 Librarum. Anno 1790 suppressa est. Aedes in decursu saeculi peracti sunt deletae. Sacristia sola superest tamquam ecclesia parochialis; extant pariter monasterii ruinae informes, in quibus claustrum bene discernitur. Asservantur pedum et calices ex hac abbatia in thesauro Ecclesiae Cathedralis Senonensis.

Archivalia: Arch. Dép. Yonne, Auxerre: Sér. H 587/646. 9 reg., 7 „plans" et 44 fasciculi (Cartularium saec. XV, 804 diplomata 1132/1788) — Cf. Sér. Q — BN Paris Baluze t. 38 fol. 296/98, Coll. Champagne t. 15 f. 22/27, 32/34 — Arch. Dép. Aube Troyes: E 946 — BMun Joigny MS 19 (Chartae 1150/1484) — BMun Nancy 992 X 241/58.

Fontes et Litteratura: HUGO I 595, pr. 502/04 — WAEFELGHEM 164 — BEAUNIER/BESSE VI 40 — *Cat. Fact.* cf. ind. VII 505 — *Cat. Cart. Dép.* 164 — CHEVALIER 894 — COTTINEAU 540, 970, 2226 — COU-

LON 1270 — DARAS 56 — FISQUET *Sens* 213/14 — *Form. Pr.* nr. 112, 121, 127, 270 — *Gall. Chr. vet.* IV 326, *N* XII 1252/53 — GOOVAERTS I 211, 212, IV 56 — ISAD Yonne Sér. G 20, 60, 64, 139, H III 129/40 — LECESTRE 45 — LONGNON *DocChBr* II cf. ind., III 518 — IDEM *Pouillés* IV 20, 72 — LUCHAIRE *Louis VI* 498, *Louis VII* 27, 45, 46, 633 — MIRAEUS *Chron. Pr.* 219 — MONCEAUX nr. 149, 152, 160, 342 — QUANTIN CGY I 559, II 522 — IDEM, *Dict. Top. Yonne* 45 — IDEM *Rec.* 436 — IDEM RAY 141 — STEIN 1196/97 — WIEDERHOLD V nr. 30, 48 — H. BOUVIER, *Histoire de l'Eglise et de l'ancien archidiocèse de Sens* (Amiens 1906) III cf. ind. — BUGNOT (v. Sens St. Paul) 15 — *Cab. Hist.* II li, 37/38 — *Chronologia Roberti Sti. Mariani,* MGH SS XXVI 295 — A. FOURNIER, *Abbaye de D. (Semaine Relig. d'Auxerre et de Sens* 1898, 3/8) — V. PETIT, *Guide pittoresque dans le dép. de l'Yonne. Voyage troisième (AnnuHYonne* 1844, pp. 84/85) — A. PISSIER, *L'abbaye de N. D. de Dilo (BSSc Yonne* 1928, t. à p. Auxerre 1930) — Ch. POREE, *Cahiers de Doléances du Bailliage de Sens pour les Etats Généraux de 1789,* Auxerre 1908. p. 833 — P. QUESVERS/H. STEIN, *Inscriptions de l'ancien archidiocèse de Sens,* 3 voll. Paris 1897, I/III cf. ind. — *Alm. de Sens* (ed. TARBE) 1777 pp. 104/06 — *Rev.Mab.* III 130 — *Sem. Rel. de Sens et d'Auxerre* 1880 pp. 4/9.

Series abbatum (nisi aliter notetur, sec. PISSIER)

Josbertus prior 1132
Ornifius primus abbas, 1146[46])
Garnerius 1146—48
Robertus 1148/51
Estaldus 1151/62
Balduinus 1162/76
Hugo 1176/91
Milo 1191/1203
Adam 1203/09
Joannes 1209/12
Garnerius 1212/13
Leodegarius 1213/18
Gulielmus 1218/31
Petrus 1231/44
Nicolaus 1244/47
Isembertus 1247/52
Stephanus 1252/62
Isembertus 1270[47])
Joannes Aleaume 1274
Nicolaus 1281, † 1313
Milo 1376/78
Nicolaus Marandeur 1389/1407
Thomas 1439
Joannes Gondard 1452/63
Thomas 1459[48])
Joannes Adenet 1463/75[48])
Thomas Tuyau 1483/99
Joannes Boyau 1509/16

[46]) Cf. Vitam Sti. Gilberti (LEPAIGE 482), in qua refertur, hoc esse factum an. 1146. Ornifius est probabilius corruptela pro „Orulphus", ut recte habet Ob. Praem. I die la martii.
[47]) ISAD Yonne H 44.
[48]) Ibid. H 134, 136.

Stephanus Parigot 1525—36
Joannes Mesmin Segault 1537—65
Robertus de Pellevé 1572—77
Ludovicus Le Prieur 1581/95
Carolus de Mouy intrusus 1586—1610
Carradu Gaudry 1601/02
Stephanus Coynard 1602—07
Joannes de Gousseville 1612
Henricus de Vignoles 1626—63
Ludovicus Durand de Thury 1663—1705
Hubertus Jacquiel 1705—10
Ludov. Anton. d'Izarn de Villefort 1710—40
Ludov. Franc. d'Izarn de Villefort 1741—45
Petrus Cosmas de Savary de Brèves 1745—79
Carolus Busnel de Beaumais 1781—90

Inseri nequit

Arnoldus † 11. IX Ob. Praem. I

ELENCHUS